



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10261**

De S. martyre Callinico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

us nō voluerit: nam à nobis ipsum penitus non accipies. Tunc Sichlarius fetuens felle, similem fabricam infra adaptauit. Cumque aqua retrorsum conuersa, sub huius operis rotam inundans, gurgitem fecisset, restitit prorsus, nec omnino verti potuit, vt consueuerat. Venit igitur custos eius ad Abbatem media (vt ferunt) nocte, illo in oratorio cum fratribus vigilante, & ait: Surge Abba, deprecare atterius Dominum. restitit enim rota molendini ab inundatione canalisi alieni, quod Sichlarius fecit. At ille hac audiens, misit confestim fratres singulos ad monasteria illa, quae statuerat, dicens: Prosterne vos in oratione, & non sit vobis opus aliud, donec iterum ad vos dirigam. Sed & ipse non egressus ab oratorio, deprecans Dominum attentè, ac praestolans aduentus eius misericordiam, sic fecit per integros duos dies, totidemque noctes. Tertia iam illucescente die, accessit iterum monachus ille, qui custos fuerat, nunciatus rotam fabricae suae iuxta consuetudinem priorem in summa verti velocitate. Egressusque Abbas cum fratribus de oratorio, accedit ad litus, conspiciensque versus molendinum, quod Sichlarius fecerat, non reperit: accedensque propius ad litus, & fundum aluci intuens, nullum indicium de eo accepit, non quicquam ligni, nō lapidis, non ferri, nec vilius \* vnquam genus indicij potuit ostendi, nisi quod conijci potuit ipso, quo fabricatum fuerat, loco virtute diuina absorptum, atque ab oculis hominum ablatum. Tunc misit nuncios ad fratres, dicens: Requiescite iam à labore, quia vltus est Deus iniuriam fratrum nostrorum.

His & talibus virtutibus praeditus, consummato cursu vitae, migravit ad Dominum. Ad cuius tumulum postea & energumini sanati, & caeci illuminati sunt. Post eius vero obitum Praepositi, qui per monasteria erant, Abbatum officium, Episcopis largientibus, susceperunt. Sed & Leubatus apud Senapariam monasterium, quod intra terminum Turonicum erat, Abbas instituitur, in summa sanctitate ac senectute perdurans: ibique obiit ac sepultus est.

Nora vim  
precei eius  
& fractum.

\* vnquam

Obitus eius

Itemque S.  
Leubacij.

## CERTAMEN SANCTI MARTYRIS CALLINICI, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.

Capitula margini apposimus.



VM simulacrorum inualesceret infania, & omnia exederet & corrumpere, malis quidem demonibus diuinus honor attribuebatur: Deo autem creatori & opifici vniter forum neque animum volebant adhibere, qui erant dediti impietati, neque ei, quem par est, honorè tribuere. Nam cum mutilatis essent animis ij, quibus obtigerat vt fierent ad Dei imaginem, veritatis quidem lucem auersabantur, coniuuantes oculis ad eius, qui illos fecerat, agnitionem: currebant autem ad tenebras erroris, neque volentes illustrari splendore suae gratiae, neque omnino contra intueri, & adspicere vbique diffusum radium cognitionis. Nam cum multam & tenebricosam effudisset malignus in homines ignoracionem, & eos omnino in suam redegit potestatem, à vero quidem & solo Deo disunxit & abduxit: surda autem & muta simulacra turpissimè persuasit colere & adorare: vt sic eos omnino expugnaret & subiugaret. Sed qui nos custodit & seruat Dominus, nō concessit ei, vt omnino suum in nos impleter odium: neque se adeò impudèter gereret, vt nos omnes conculcasset. Multi enim eum vicerunt, & omnes eius vires perdidērūt. Domini enim amore inflammati corū animis, & totis eius, qui est potēs, charitate confirmati, ad bellū gerendū aduersus inimicum strenuè & audacter processerūt, omnibus quidem membris lacerati, & carnis compagibus resoluti, recreationē autē ac delicias ea, quae magnos dolores afferūt, tormenta existimantes: quos adhuc certaminū sanguine distillantes accepit Christus Agonotheta. Purè nanque ei oblata sunt hostiæ, & victimæ voluntariæ. Propter quae communis superatus inimicus, cecidit admirabili quodam casu illis spectantibus. Cum eo congressus magnus quoque athleta, & corona redimitus Callinicus, cuius luctam & certamina in presenti prosequitur oratio, vsque adeò d'erisit ea, quae sunt eius terribilia, vt tanquam infantē prima statim lucta prostrauerit, & humi affixerit. Sed eius quidem egregij viri omnia singulatim dicere & referre nec vlla posset oratio, nec quae ab eo gesta sunt, audicione fuerunt accepta

Iulij. 19.

Cap. 1.

Mortalium  
miserorum  
caecitas &  
impietas.

Diaboli  
superbia &  
malicia.

Martyrii  
praecleara  
virtus.

S Martyrii  
hostiæ ac  
victimæ, ca-  
sus inimici  
dæmonis.

ab omnibus, ut possint omnia proferri ab omnibus. Quædã autem pauca, & quæ eorum, qui audiêrunt, minimè fugiunt memoriam, (etenim interfuerunt quidem, cum decertaret martyr, & viderunt nonnulla eorum, quæ fiebant) præfenti oratione traduntur memoriã. Sic enim & nostro satisfaciemus desiderio, & athleta orationem breuem laudem martyrij.

Cap. 2. *Callinicus à puero Christianus.* Hic ergò diuinus & magnus Callinicus in bona, & omniũ rerum fertili Ciliciã regione natus, fuit præclare educatus, Deum quidem omnium Saluatorem & effectorem ab infantia confitens & honorans: simulacra autem, nullo sensu prædita & plannè surda, abhorrens & habens odio. Qui cum etiam veller pietatem vbiquè disseminare, vsus est multis & longis peregrinationibus, vitam quidem dignam religione exercens, vitæ autem institutũ exornans religione. Fidem enim in Christum non solum in sinu ferre, sed etiam publicè prædicare, pium esse existimans, cognitus fuit à multis magister veritatis: quos perindè ac quidam magnes trahebat ad seipsum, & auerabat ab errore. Ab eius enim, tanquàm alicuius Sirenis, dulcissimo verborum capiti sono ij, qui audiebãt, statim deducebantur ad fidei agnitionẽ, pulchra ei effecti prædicationem magnam, & populo frequentissimam, (erat autem verbum diuinum in ea explicans & diuidens) & multi ex ijs, qui tunc illic erant, fuissent eius doctrinæ participes, accensa est ab aliquibus in eum inuidia & odium inconsideratum. Qui enim diuina insolenter despiciebant admonitiones, & auersati quidem erant veritatem, tanquàm terra autem petricosa semen verbi non admittebant, fidei præconem accusant apud eum, qui tunc erat Præses ciuitatis, virum quidem plenum impietate, plenum item ira & crudelitate. Ei autem erat nomen Sacerdos. Ad quem cum productus esset athleta, & venisset in eius conspectum: Quid, inquit audax & arrogans Præses sancto, aduersus tantam potentiam audes solus ex alijs insolenter gerere, idque cum his aduena, & nõ nostras, omnibus se submittentibus, & dijs sacrificia offerentibus, & eos studentibus habere beneuolos ac propitios, per quos nobis donantur, quæcunque sunt optima & pulcherrima? Sed tu quidem non solum non accedis dijs sacrificaturus, & eos placaturus: sed eos etiam ab instituto dimouens, qui volunt accedere, verbis ad inducendum accommodatis decipis, neque corporis fretus magnitudine, neque autoritate vlla aut dignitate. Cui martyr Christi sic mansuetè respondit & placidè.

Cap. 3. *Sistitur cora Præfide, nomine Sacerdote.* Ego quidem me fateor esse hominem specie humilem & pusillum: circumfero autem in hoc meo vase fictili preciosum meum thesaurum, & margaritam Christum Dominum meum & Saluatorem Iesum, cuius sum seruus: cui proiectus sum ab viro, qui est mihi diuitiã, gloriatio & virtus, per quæ sunt mihi delectabilia & longè iucundissima, quæcunque sunt in vita aspera & molesta. Non est ergò mirum, ô Præses, si cum talis sit mihi Dominus, contendo & decerro, ut & ipse me à vitij rubigine expoliam, me integrum & syncerum, quoad eius fieri potest, conseruans, & quem modum ab errore idolorum eos, qui sunt decepti, auellam, & adducam ad veritatem. Qui enim ab dicit peccatorẽ ab errore viæ suæ, (ut dicunt diuinitus inspirata eloquia) seruabit animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Atque vrinam tu quoque à me persuadereris præsentem quidem relinquere deceptionem, ad veritatis autem lucem accedere. Tunc enim re vera cognouisses, quid sit vniversorum quidem Deus & Dominus: quid autem, quæ sunt apud vos simulacra, quæ reuerã sunt animæ exitium & interitus.

Cap. 4. *Egregium eius responsum.* Hæc cum mala audisset anima, & quæ ea, quæ sunt honesta, habet odio, quæ contineri non poterat, ira fuit repleta, & sanctum toruè intuens: Mihi, inquit, videris mortem vitæ præferre iucundissimã, & idè aduersus deos verbis vsus es insolentibus, & amentiam tuam significantibus, hæc puerilia & inania contexens, & \* vno spiritu proferens: sed scias futurum, ut nihil horum tibi prosit, neque te aliquis ex meis manibus eripiat, ne is quidem, quem tu profiteris Deum & Saluatorem. Omnia enim tua membra contrectabo, & quodcunque est acerbum, tibi inferam supplicium: ut ipsa scias experientia, quantum sit malum non parère ijs, qui dominatum obtinent, & quàm multis sint pœnis obnoxij ij, qui deos subsannant, & eorum cultum repudiunt. Quem martyr audaciùs fixis intuens oculis: Noli, inquit, differre, nec protrahere: sed citò para omnia tormentorum instrumenta. Veniant flagella, ensis, ignis, rotæ, & quæcunque alia excogitata fuerunt ad supplicia. Est enim mihi vnũ solũ terribile & formidandum, nè quid timeatur plusquàm Deus, & ab ea, quæ illic est, separet beati-

Cap. 5. *\* for. vano* Magna eius constantia. Hæc cum mala audisset anima, & quæ ea, quæ sunt honesta, habet odio, quæ contineri non poterat, ira fuit repleta, & sanctum toruè intuens: Mihi, inquit, videris mortem vitæ præferre iucundissimã, & idè aduersus deos verbis vsus es insolentibus, & amentiam tuam significantibus, hæc puerilia & inania contexens, & \* vno spiritu proferens: sed scias futurum, ut nihil horum tibi prosit, neque te aliquis ex meis manibus eripiat, ne is quidem, quem tu profiteris Deum & Saluatorem. Omnia enim tua membra contrectabo, & quodcunque est acerbum, tibi inferam supplicium: ut ipsa scias experientia, quantum sit malum non parère ijs, qui dominatum obtinent, & quàm multis sint pœnis obnoxij ij, qui deos subsannant, & eorum cultum repudiunt. Quem martyr audaciùs fixis intuens oculis: Noli, inquit, differre, nec protrahere: sed citò para omnia tormentorum instrumenta. Veniant flagella, ensis, ignis, rotæ, & quæcunque alia excogitata fuerunt ad supplicia. Est enim mihi vnũ solũ terribile & formidandum, nè quid timeatur plusquàm Deus, & ab ea, quæ illic est, separet beati-

beatitudine. Alia autem omnia, quæ meo corpori intuleris, voluptatem mihi potius reputabo, quàm cruciatum, propter meum in Deum amorem.

Tunc Præses cum desperasset fore, ut mutaretur, iubet ei totum corpus cædi nervis crudelissimis. Qui cum caderetur, clamabat præco: Agnosce deos, Callinice, & eos inuoca, ut te ab hoc tormento eximant. Ille autem tam leniter plagas accipiebat, ut ne videretur quidem omnino pati: tantum abest, ut concideret, aut flecteretur, ad Deum solum totam mentem dirigens, & ei constanter agens gratias, pro quo hæc pati delegerat. Et quo magis videbat corpus sanguine diffuere, eo magis subsannabat eos, qui verberabant, quòd non plures & vehemētiore ei plagas inferrerēt. Sunt ea enim, inquit, longè minores & imbecilliores, quàm ego expectaui, & quàm sim tolerare paratus. Propter quæ maiori furore percitus Sacerdos, iubet eum pendere à ligno, & ferreis laniari ungulis. Quem cum etiam circumfretissent lictores agrestes & crudeliter scrutati sunt totam compagem corporis, nulli corporis parti parcentes. Dixisses eum habere naturam lapidis, aut aliquam aliam eorum, quæ sunt dura & repugnantia, cum vidisses eum nulla affici molestia, nec vlllo frangi dolore. Sic eum mutauit eius amor in Christum, ut eius, quam habebat, obliuisceretur naturam. Tantum enim absuit, ut summo tormento succumberet, ut voce libera irrideret & ludificaretur Tyrannum. Qua de causa videbatur hic quidem inexpugnabilis, ille autem pudore affectus, & sola quadam inani se exultatione iactitans.

Cum autem omnino desperasset stolidus, ad hoc vltimum conuersus est supplicium, quod solus, vel cum admodum paucis excogitauit & inuenit: quod quidem erat signum eius furiosæ & amentis animæ. Nam cum crepidas clauis acutis confixisset, iubet alligari pedibus martyris, & imperat ijs, qui eum abducebant, licitoribus, ut tractus iniret viam Gangram vsque. Ut autem maiores & acriores ei afferrentur dolores ex perforatione clauorum, cum alios lictores collocasset in equis perniciosissimis, cogebat ante eos currere athletam clauis confixum. Omnino vel ad solum spectaculum fractus esset omnis animus, ne apertis quidem oculis hæc ferens adspicere. Sed non ille immanis, & corde planè lapideo aut natura, est vlllo modo commotus, aut dolorem reputauit insuperabilem: sed tanquam ijs, quæ gerebantur, insultans, præsidebat superbus, impiam suam animam implens talibus spectaculis. Qui etiã iussit licitoribus, ut simulatquæ dictam ascendissent ciuitatem, vehementissimam fornacem accenderent, & sanctum in eam iniicerent: ut etiam, qui illic sunt, aiebat, viderent eius inobedientiam, atque contumaciam: quoniam in ea quoque ciuitate multos, ut accepimus, abduxit à cultu deorum.

Ille ergo magnus Christi athleta per hanc viam ductus laboriosam, habebat supernam gratiam eum confirmantem & sustentantem: à quo etiam perficiebatur cursus celerius, quàm ab illis equis, quātunuis perniciosibus. Nam perinde leuis, ac si fuisset ad cursum expeditus, cum illis ferro alligatis percurreret crepidas, psallens illa Davidis: Expectans expectaui Dominum, & attendit mihi. Et eduxit me à lacu miseriæ, & à luto facis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et illud: Dominus illuminatio mea & Saluator meus quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Postquam autem currens peregit sexaginta stadia, & peruénit ad quendam locum, qui dicebatur Matrica, facit in eo quoddam insigne miraculū. Nam cum licitoribus, qui eum abducebant, linguæ siti horrerent & æstu immodico, (erat enim mensis Iulius) & propter viæ molestiam propemodum deficerent, & nec aqua alicundè appareret, qua sitim sedarent, & se exanimatos recrearent, & nec alia inueniretur ratio, qua malo afferrent remediū, omni spe abiecta, ad solum sanctum conuersi sunt, ad eius pedes prouoluti, & hæc ei dicentes cum lachrymis: Nè recorderis nostrorum malorum, ô sancte, nec veniant in mentem nostram in te contumeliæ. Sed eorum omnium oblitus, fer nobis opem periclitantibus, & da aquam sitientibus animabus, & quæ sunt viæ æstus liquefacta: consumptus enim est nobis humor naturalis. Defecit, ut vides, virtus: æstus imminet capiti. Nos omnia simul opprimunt mala, quantum est solius mutare & curare.

Hæc dicentibus licitoribus tenui & imbecilla voce, eorum mouetur misericordia vir maximè misericors: & cum se conuertisset ad preces, inuocauit Deum, qui iniuriarum & malorum obliuiscitur, nè eos despiciat tanta oppressos necessitate: sed misereatur, & aquam eis bibendam prabeat, sicut olim populo, qui erat in solitudine, & eos consoletur, qui sunt adusti siti. Simul autem cum sancti inuocatione & precibus

(ô mira-

Cap. 6.  
Neruis cæditur.

Subsannat & irridet suos flagellatores.

Ferreis laceratur ungulis.

Cap. 7.

Clauis confixi calcei ei adhibentur.

Cap. 8.  
Vide vim diuinæ gratiæ.

Psal. 39.

Psal. 26.

Laborat fiet grauissima lictores.

Cap. 9.

E petra suis (ò miraculum) aqua ex quadam petra effluens, & tanquam ex fonte copiosè scaturiens, & lictorum torrida ora refrigerauit, repleta illo nouo & copioso fluente, quod posteris est conseruatum plenum & perenne. Non enim defecit fluens ab eo tempore, & nunquam est cõsumptum. Talis fuit martyris ad Deum fiducia & virtus. Ità eos, qui glorificant ipsum, Deus glorificat. Qui enim Solem suum oriri facit super iustos & iniustos, & nutrit omnes tam malos, quam bonos, quid mirum, si his etiam virtus, licet sint moribus sæui, & cædes spirantes, abundè suppeditarit suam misericordiam? Qui cum etiam, vt diximus, abundè bibissent ex illa aqua, quæ affluerat, & suos recreassent ac erexissent animos, perrexerunt iter facere, sequente eos quoque martyre. Quod cum totis septuaginta stadijs confecissent, Gangram peruenerunt, sicut eis imperatum fuerat.

Cap. 10. Cæterum lictores non lubentes quidè, (habebant enim ante oculos Martyris beneficium) sed victi metu eorum, qui obtinebant dominatum, (habebant enim animos molles & flexibiles, & hiantes ad ea sola, quæ videbantur) festinarunt facere id, quod iussi fuerant, eos maxime incitante martyre, vt abiret celerius ad eum, què cupiebant. Quocirca cum fornacem succendissent, & sanctum propè statuisent, iam latrantem & exultantem in eam iniecerunt. Qui cum etiam vltimis verbis Deum laudasset, & in certaminis consummatione egisset gratias, in manus Domini tradidit spiritum, & ad eam, quæ illic est, transijt beatitudinem, vigesimonono mensis Iulij.

In fornace reddit spiritum.

Festus dies eius.

Sed tu quidem, ò beate, martyrum decus & ornamentum, sic è vita egressus, & præmiorum stigmatibus decoratus, nunc purus sedes cum Christo sponso purissimo, in hoc te oblectans & exhilarans, & corona gloriæ ab eo coronatus. Memento autem nostri quoque deinceps, qui te colimus, & hoc sacrum tuum festum celebramus: & da nobis, vt æquabiliter & sine vlla offensione transigamus vitæ asperitatem: vt cum non obruti enatauerimus ex hoc mari tentationum, in portum quietis appellamus, ipsum habentes gubernatorem tuis intercessionibus Dominum nostrum & Saluatorem Christum: Quem decet omnis honor & adoratio in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI ET IVSTI EUDOCIMI, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE. SED NUMERUM CAPITUM MARGINI ADIECIMUS.

29. Iulij. Cap. 1.



Solitudo portus tranquillissimus.

1. Cor. 7.

Cap. 2. Eudocimi parentes illustres.

Nobilitant bene facta vitum.

EUDOCIMI, qui conuenienter suo nomini ex Deo laudem esse affectus, vitam bonum est exponere. Hinc enim simul voluptas & vtilitas non redit solum ad expositores, sed multò magis ad auditores: non solum quòd se ostenderit vehementem amatorem virtutis, & quòd est honestum, statim elegerit ab ineunte ætate: cum multis enim alijs fuit hic vitæ zelus ei communis: sed quòd in illo præcipuum & penè singulare, vel omni, vel magna ex parte excelluit, eius in mundo fuit supra mūdum vita: & quòd cum viueret in medio tumultuum, & harum rerum instabilium, quæ omnibus tempestatibus sordibusque pleæna iunt, puram & tranquillam, & minimè inquinatam suam conseruauerit animam, & ostenderit esse timidi & pusilli animi, mundi fugam persequi, & adiutricem vti solitudine, perinde ac si quis in maris tranquillitate nauigans, & absque vllis fluctibus ventisque vehementibus, velit vocari peritus nauigationis, & intelligens eorum, quæ ad mare pertinent. Quoniam ergò illius vita est exemplar sufficiens, cum omnibus, vt semel dicam, qui virtutis studium sibi vendicant, tum ijs, qui in mundo viuunt, & mundo (vt cum diuino Paulo dicam) vti solum, non abuti eligunt: dicantur res illius, & virorum bonorum animis apponatur mensa diuina, & obfonia, quæ nunquam confunduntur.

Sanctus ergò Eudocimus genus quidem duxit ex Cappadocibus, piorum parentum pia soboles. Quorum alter quidem Basilius, Eudocia autem nomine, quæ genus erat, erant genere insignes, opibus abundantes, illustresque autoritate. Patriciorum enim dignitate clarus erat Basilius. Cum tam præclaros autem generis fontes haberet filius, non tam visus est nobilis ex parentibus, neque tantam ex eis accepit gloriam, quantam ipse præclaris suis factis se nobilitatem suis attulit parentibus. Nam filios quidem